

F. K. 56. 139

Zb
3092

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
GEORGIVS AVGVSTVS
LANGGVTH
PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR PATHOLOG
ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORDIN. FAC. MED. SENIOR
CONV. ELECT. ET MVSEI ANAT. INSPECTOR SOCIET
OECON. LIPS. MEMBR. HONORAR
VIRO
SVMMOPERE VENERANDO
AMPLISSIMOQUE
CHRISTIANO
SIGISMVNDO
GEORGIO

DOCTORI THEOLOGIAE AC PROFESSORI
PVBLICO ORDINARIO ATQVE ALVMN. ELECTOR
EPHORO ORDINIS SVI DECANO MERITIS
ORNATISSIMO

IV. NON. SEPTEMBR. CICICCLXXI
SORTE MORTALI PERFVNCTO

H. M. P

VITEMBERGAE
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DURRII
ACADEMIAE A TYPIS



Quo rariores inueniuntur Theologi, Graecis, ut par est, li-
teris docti, aetate nostra, qua ieuna pro pulpitis sacris lo-
quacitas, et facultas diuinandi, ac potius delirandi, Theolo-
gia vocatur, eo maioribus sunt laudibus extollendi, quotquot Graeca
cum disciplina sanctiore coniungunt, ne diuinam mentem cogan-
tur ex interpretationibus, saepe falsis, saepius minus efficacibus,
percipere, sed ipsos fontes adire uberiore cum fructu possint. De
Graiorum sermonis praestantia commodisque quam plurimis di-
cere nihil attinet, utpote quae singularis Iacobi Perizonii oratio,
collectione Kappiana comprehensa, sic percenset, ut memoriae so-
cordiam nostrae uehementer indignetur, et, quid detrimenti sit
inde metuendum, tristitiae plena, canat. *Sordet, inquit, Grae-
cia, et iacet pene in situ et squalore; certe ad paucissimos redacta cul-
tores, quin immo uix leguntur amplius, nedium intelliguntur, quia Grae-
ca sunt.* *Quid superest ergo, nisi ut reuocetur illa barbaries, quae su-
perioribus saeculis omnem Christianismum inundauerat, deleueratque
omnes diuinas ac humanas scientias.* Sed anquirere praestat, quam
late pateat cura doctoris rerum coelestium, hunc ingenii cultum,
si partibus satisfacere suis cum dignitate uelit, mature sibi compa-
randi. Primum quidem omnium praecepta Grammatices accu-
rata praeemunit, a quibus, dici non potest, quoties ab homini-
bus etiam doctissimis in locis graibus aberretur. Deinde pecu-
liares loquendi formulas, atque ab lingua uernacula alienas, obser-
uet, ne ridicula sollertia significationem, seu emphasis, ubi nulla
reperitur, quaerat. Tum per omnes, quos Graecia tulit, scripto-
res uagetur, cunctaque ad usum noui foederis conferat, siue res,
siue dicendi genus attingant. Hoc quantum lucis a Graecorum
capiat monumentis, Raphelius praecepit et Kypkius declararunt,
via simul monstrata, huiusmodi adminicula, quo conuenit, iudi-
cio tractandi. Ad illas cum primis partes animus aduertatur, quae
virtutes tractant et uitia. Hic morum magistri notiones infor-
mant, ab hominibus diuinitus agitatis ob intelligentiam vulga-
rem praetermissa, poetae uero imagines expressas ante oculos
proponunt. Cuius quidem suavitatis gustum qui non habent, his
stuporem uel unius *αωφεοστηνης*, seu frugalitatis virtus pellet, a
Xenophonte subtiliter descripta, ab Homero Vlyxis exemplo pieta
atque illuminata. De rebus ipsis, a Graecis memoriae proditis,
nihil commemoro. Harum enim multiplicem utilitatem in noui
tabu-

tabulis instrumenti negare, aut in dubitationem uocare, perinde foret, ac summam rerum omnium ignorationem maximo cum dedecore prodere. Neque tamen his in studiis uiri rerum diuinorum periti nauitas conquiescat, sed LXX, qui nominantur, interpres, caeterosque, uix e naufragio seruatos, diurna manu nocturnaque uersabit, quo rectius Hellenisticum dicendi modum, Judaeorum extra Palaestinam consuetudine tritum, ob eamque caussam ab hominibus, afflatu maiore tactis, usurpatum, et Graecum, sine ulla peregrinitatis admitione, discat internoscere. Cumque ciuitati, Christo coniunctae, necesitas fuerit imposita, partim uerba noua fingendi, partim ueteribus aliam tribuendi potestatem, idem uoces, ab illa susceptas, cognitione comprehendat, eosque, qui rem Christianam scriptis illustrarunt, Scaligeri, Casauboni, Valensi, more pertractet. Sic praefantissima codicis sacri explanandi capiet exempla, antiquissimas docendi formulas indagabit, hodiernisque machinationibus, inde arma repetentibus, fortius occurret. Postea natius ille Graecorum sermo magis magisque exoleuit, uariis de caussis deprauatus, a Carolo du Fresne sagaciter perquisitis, in praefatione, Glossario ad scriptores mediae et infimae Graecitatis praemunita. Ne has quidem fordes negligit doctrinae deditus sanctiori, non ignarus, multas horum temporum religiones, dignitates, errores capitales, aliaque, his consimilia, in iis latere, neque lacunas historiae coetus faci, hic longe plurimas et maximas, sine iis expleri posse. Tot tantisque laboribus Theologus, in Graecia supra vulgus exercitatus, perfungitur, tanto nobilitatus illustrius, si, nullis retardatus difficultatibus, ad eum, quem sibi proposuit, exitum peruenit

Itaque *Georgius* noster, coelo nunc receptus, operae pretium fecit, quod hac in primis uoluit laude censeri, eosque libros caeteris anteposuit, quos opibus Graecorum locupletarat. Excitatus enim Erafini Schmidii, Stolbergique gloria, in hac ipsa literarum sede, e soloecismis et barbarismis Graeciae noui foederis dictioonis profligatis aucta, in idem negotium incubuit, illiusque munditiae, quam puritatem nominant impure, modis omnibus consulendum putavit. Quo ductus consilio, vindicias noui testamenti ab Hebraismis foras dedit, ac paullo post luculentis accessiōnibus cumulauit, atque ab aliorum reprehensionibus defendit, in hierocritico noui testamenti, sive libris tribus de stylo N. T. quibus dialectus noui foederis Attica vindicatur. Quo de consilio quid statuendum sit, ipse nolo index sedere. Potius caussam discepit ille, qui sine partium studio solet alios in ius uocare. Michaelis enim Gottingensis, enumeratis, praeter alia, hisce scri-

ptis Georgianis, hanc pronuntiat sententiam, quamvis in eo, quod caput sit, aliter sentiat, ea tamen uolumina ideo prodesse, quod non paucis N. T. dictionibus e Graecis scriptoribus, nunc fere obliuioni traditis, lucem afferant (*einleitung in die goettlichen Schriften des neuen bundes* ed. prior. p. 35.) Quod si Georgii mensa uero ab errasse uidetur, bono tamen ille fuit: animo affectus, timens diuinitati instrumenti noui, si quis illud barbarismorum postulet, praesertim cum Quintilianus (I. 5.) grauiter inculcat, *prima barbarismi ac soloecismi foeditas absit*, omnes autem Hebraeae loquendi rationes non possint barbaris non annumerari. At hunc timorem rhetor idem mox minuisset, *excusantur haec uitia aut consuetudine, aut auctoritate, aut uetus state, nec tantum uenia digna, sed etiam laudi ducuntur.* Quis non indulget legatis diuinis, ab incunabulis tali sermonis conformatio*n*is affuetis, quis non prudentiam laudet, qua captui auditorum seruierunt lectorumque. hi enim uenustatem eorum non comprehendissent animo, imo uero ab rerum grauitate coelestium remotam odissent. Quod nisi nomini Grotiano tantam atroces irae Calouii conflassent iniuidiam, maribus ex eius commentariis uir beatus tenuisset, non uoces modo singulas N. T. harumque structuram, sed etiam cogitandi genus dicendique Hebraeam sic indolem spirare, ut sectiones integrae ad uerbum conuerti in Hebraeum nullo negotio possint. Sed hanc culpam fragilitatis humanae reliquis eius in sacras literas meritis aequitas iudicij condonabit, ad quas emendatius edendas, atque in clariore lumine collocandas, omne studium contulit. Hoc maxime spectauit illius N. T. Graecum, notis Theologicis ac Philologicis illustratum perinde, atque N. T. Graecum uersione Latina Benedicti Aiae Montani donatum. Taceo lucubrations alias uiri diligentissimi, quod index earum plenus huic monumento publico subiicitur. Ex illis certe, de quibus hac tenus mentionem fecimus, satis appetet, quanta sedulitate uir laboris nunquam remissi artes Graeciae profanas libris, diuino numine exaratis, consecrari, diuitiis undique collectis, quibus illi possent enodari, pulchriusque exornari.

Cui proposito conficiundo parem se praefxit, quia ab ineunte aetate, quicquid non vulgari docilitate arripuerat, huc retulit. Patria ipsi contigit Luccauia, multorum parens ingeniorum clarorum, atque in lucem editum XIII. Kal. Aug. 1551 complexu recepit, suique ludi exercitationibus mature ad omnem humanitatem formauit. nullis enim pepercerunt sumptibus parentes, quibus hoc donum prouidentia concesserat diuina, pater, Thomas Georgius, summorum in Iurisprudentia honorum facultatem

tatem consecutus, caussarumque patronis ordinariis praefecturae superioris Marchionatus inferioris Lusatiae senior, mater, antiquo genere ac splendido Exiorum nata. Genitor optimus sicut ipse literas amauit, ita nihil prius habuit, quam ut filius iisdem repte imbueretur. Auxit amore paterum uigor animi, multis in filio experimentis cognitus, ac spem de illo non mediocrem concitauit. Puerum quidem morbi frequentes, et calamitates domesticae usque ad uirilem togam non parum fregerant, impetumque retardarant longius progrediendi. Sed illa uiuida uis, quod ualeitudini deerat, compensauit, malisque pressa, audentior iuit, et, quicquid fuerat impedimentorum obiectum, strenue superauit. Rudimenta posuit in schola patria, grataque semper mente recoluit Christiani Schildknechtii, illius regundae socii, institutionem priuatam, fidemque igniculos eruditionis ac uirtutis uiriles alendi. In patria uero notitiam uix dum uenerat, cum hic liberalem eius soleritiam sentiret, nec prius quiesceret, quam eum Zwiccauiam secum perductum, gymnasio committeret, ubi maiora, spei destinatus insigni, poneret fundamenta. Ibi in puluere non sordido iuuenes exercuit Vinholdus, rector, Georgiumque, primas literas egressum, Hebraea, historiam, Rhetoricen, docuit. Verum Martini, qui simul hanc bonarum artium moderabatur officinam, et, discrimina notans ingeniorum, nostrum natura maxime in Graeca ferri uidebat, hoc proprium eius bonum disciplina fouit assidua, illumine per omnes, tam solitos scriptores, quam uinctos, comitis instar felis duxit. A Brucknero Hebraica, Syriaca, Chaldaica, a Blumbergo Coptica accepit, non ignarus, eum, qui ex oriente migret in Graeciam, hanc penitus pernoctere, illius cultam coloniis, linguarumque similitudinem magnum afferre adiumentum, et ad uelocius addiscendum, et dilucidius explicandum. Tam copioso instructus apparatu, in nostram se contulit academiam, nomen apud Struntzium, qui tum fasces tenebat academiae, profesus. Hic totius philologiae ambitum complexus animo, nihil praetermisit, quod ad ornandam in posterum Theologi prouinciam pertineret, secutus Melanthonianas studiorum rationes, ab nostrorum hominum ignavia longe remotas. Nunc enim reperiuntur, qui iumentuti, sanctorum literarum studiofae, ex animi sententia auctores sint suasoresque, ut, politiore huminitate ac philosophia contempta, ea, quae gloriam Dei magis amplificant, curae cordique habeant. Non sane possunt religiosius incitiam suam purgare. Quasi uero barbariae sordibus honori consulatur diuino, neque rerum notitia gestarum tot argumentis efficiat, cum primum rationis fuerit lumen extinetum, artesque torpuerint ingenuae, uera pulsa religione, superstitionem oppressisse animos partim, partim profanam contaminasse impietatem. Saniores habuit dilectum

b

Georgius,

Georgius, eodem Struntzio duce, in totius sapientiae curriculo uer-
fatus. Sed philosophiam iunxit ueterem, scholasticorum spinis haud
deterritus, cum primis Schroedero se se dedit, ut uoces artis, quibus
antiquorum sunt libri Theologorum referti, intelligeret, acumen res
distinguendi compararet, et prima, quibus multae rerum diuinuarum
demonstraciones nituntur, in promptu haberet. Ingenium uero li-
mavit Bergeri eruditione lectissima, ab eoque non minus eloquen-
tiae praecepta perdidit, quam caeteras scientiae partes, captu vulgi
superiores. Huius enim doctoris excellentis acroases quid ad profe-
ctum contulerint liberalem, Ernetti quoque, homo celebratissimus,
collaudat, Archaeologiae praefatus, omnino illi disciplinae maturum amo-
rem omnium literatorum sacrae et profanae antiquitatis monumentorum,
ut inscriptionum, Liturgiarum, Conciliorum, etc. ac studium debo. Tum
demum Theologos adiit, illisque hoc expeditiorem nauauit operam,
quod subidia secum necessaria tulerat, quae quoniam nunc spernunt
plurimi, non est admirandum, paucos ad interiores tam retrusae co-
gnitionis recessus peruenire. Placuit nostro Schroerei sollers subtilis-
que descriptio Koenigiani libelli, cuius amorem ille per omnem ui-
tam seruauit. Placuit Iani enarratio rerum, in ciuitate Christi acta-
rum, historiaque Theologiae totius literata. Maxime tamen placuit
Wernsdorff perspicuitas accurata, illumque sua magno opere cepit
suauitate, cuius causa ab eius latere, quicquid profiteretur, nunquam
discessit. Nec uero tanta res coelestes charitate prosequebatur, ut
ab sapientum societate prorsus diuelleretur. Cuius ea studiis pari fa-
cilitate respondit, Georgioque summos in philosophia honores
c. 1733 tribuit. Quos ut ille mereretur, disputationibus pu-
blicis prodit in medium, expectationique, de se morae, ex ase satis-
fecit, uenia lectionum habendarum c. 1736 data. In his uir-
tus eius clarius eluxit, ordinemque philosophorum permouit, ad eum
sibi proprius adiungendum c. 1737, uiamque ad altiora mon-
strandam. Quam prompte ingressus alacriterque, et iuuenum, aemul-
lantium studia, concursu incensus, hoc Musarum domicilium habuit
in deliciis, aliasque conditiones, quamlibet non tenues, postponendas
putauit. Patris uero patriae Indulgentissimi gratiam sibi conciliauit, fa-
cultate ipsi praecipua concessa, iterum decurionis philosophorum mu-
nere fungendi c. 1748, dignitateque aucta prius Profes-
soris Philologiae Extraordinarii loco c. 1756, donec pro-
uidentia obstructos ad amplitudinem aditus aperuit, moramque for-
tunae extento uitae spatio resarit. Anno enim huius saeculi XLVIII
ad Theologiae tradendae partes euectus, doctorisque Theologi in-
signibus ornatus, nihil amplius, quam ordinis auctoritatem sui, aca-
demiaeque famam prouexit, purpura academica V. humeris impos-
ita.

sita, ac Decani Theologici splendore XIII. obtento. Sic enim uitam instituit, ut καλὸς κἀγαθὸς esset atque haberetur, quibus duabus dotibus Graeci omnem uiri boni laudem concludunt. Honestissime, quid in Theologi, hoc nomine digni, officio esset, spectauit perfectique. Is sane, in specula constitutus, prouidere sine mora debet, ne quid res sacra detrimenti capiat. Cuius memor cautionis Georgii uirtus arma cepit, simul adesse hostes sensit, seque inuidiae obtulit. Tantum robur animi tot loquuntur commentationes, nomine aca- demiae scriptae, et, sicut castum de rebus diuinis sensum retinent, sic aciem contra instruentes percellere student. Me quidem non praeterit, multos fuisse, qui hanc ei fortitudinem uitio ducerent. Horum uero ille iudicia haud in magno posuit discriminé, arbitratus, lenitate nimia bonam saepe caussam prodi. Aequo praesertim tulit animo acerbitatem, qua diatribe, *de cantionibus Lutheri a contumeliosis mutationibus Dn. Zollikoferi vindicatis*, passim uexabatur, miratus, quod fuerit in Hagedornii aliorumque carminibus mutatis crimini datum, in odis, publicae testibus professionis, non improbari. Fretus igitur incorrupto posteritatis iudicio, uitam prius posuit, quam studium pro ueritate propugnandi. Praefectus iis, qui beneficiis Principis Serenissimi fruuntur, cum collegis, horum usuram in meliorem ordinem coegit. Nam cum prius ii, dispersi gregis instar, palarentur, est uehementer gauisus, priscam reuocari disciplinam, exercitationesque, seuere nobis imperatas, magna frequentia celebrari. Quanta fuerit bonitate, liberalitas eius erga homines, a fortuna afflictos, in eximio ponit monumento. Nam quas facultates alii, undique corrasa, foenore collocant, ut post decepsum liberi, quod dissipent, reperiant, eas ille praestantissimo habuit quaestui, aliorumque inopiam modis omnibus subleuavit. Qua beneficentia immortale sibi decus parauit, quod ad seruatoris benignissimi sociorumque eius ultimorum similitudinem proprius accessit, aliisque exemplum, quod imitarentur, egregium praebuit. Simul praemia, diuinitus largitati promissa, reportauit, generique suo stabiles diuitias reliquit. Huic sane liberali animo refero acceptum, matrimonium felix, auxilium Dei in rebus trepidis singulare, et, quod bonum maxime expetiit, mortem beatam. Societas quidem fuit iucundissima in coniugio Christianae Eli- fabetae, filiae natu maximae Ernesti Christiani Schroederi, Logices et Metaphysics Professoris Publici Ordinarii celeberrimi, cuius memoria adhuc inter nos uiget, VI. Kal. Septembr. c1515ccxxxvi faustis omnibus inito. Haec a matre, Margareta Elisabeta Floerickia, uirtutes acceperat, coniugi Theologi maxime decoras, pietatem, a strepitu remotam uitam ac placidam, concordiam sine diffidiis continentibus, castitatemque, dulcia mariti XXXV. annos sola-

Mutuum firmavit amorem laeta progenies sex liberum, quorum
quatuor parentis superfites uiuunt, Christiana Elisabeta c 150 cclxxii.
Christiano Friderico Wolfio, Quaestori Academico, spectatae indu-
striae, nupta, e qua nepotem uidit avus indolis laetae, Margarita Do-
rothea Christiana, maternae simulacrum probitatis, Godofredus
Christianus Sigismundus, artis dignitatem salutaris summam tanto
maiore cum Patris gaudio nuper adeptus, quod hic rectoris ampli-
tudine conspicuus, tuires ingenii poterat illius ipse periclitari, publica
disputatione, Godofredus Ioachim Thomas, iam campum Iurispru-
dentialiae emensis. Quae quidem Dei munera quem ad modum maxi-
mo numero habuit, sic instinctus religione, saepissime recoluit fatalis
obſidionis c 150 cix memoriam. Quamuis enim uis globorum
ignitorum uolaret undique, in aedibus tamen suis diutius permanit,
donec flammæ cedere cogēretur, et cum familia domicilium relin-
quere. Aetum de eo uidebatur, quippe cum finitima domus omnes
incendio conflagrassent. At, signo deditioñis dato, præter spem
opiniōnemque comperit, adhuc saluam habitationemflare. Itaque
gaudio ingenti cum suis rediit, Deum liberatorem haud dubie, et motus
initio, et exitu rei, ueneratus, huiusque tutelæ res spesque suas omnes,
inuicta fiducia roboratus permisit. Neque expectatiō defuit euentus,
sed eruptus ille e fauibus interitus, iugeta senectute, cuncta ad uolunta-
tem fluere sensit. Quid uero tam exoptatum, tam stabile, quod non ae-
tas postremo conficiat. Quis enim moribus nostrum nobis eripuerit, e
Trillero, in arte sua Roscio, qui laboranti suppetias tulit præsentes,
cognoscamus. Graui Cephalalgiae et acerbæ, ab intermittente san-
guinis fluxu, prius naturæ beneficio bis plerumque per annum ma-
nantis, excitatae, ac subinde uehementius inualescenti, repens febris
et clandestina accessit. Cui suspecto malo quamuis commodis reme-
diis et conuenientibus occurreretur, in corpore tamen senili omnia in
peius ruebant. Sicut igitur corporis uires sensim debilitabantur, ita per-
rinaces isti capitisi dolores creuerunt, donec tandem letalis lethargus at-
que inexpugnabilis dormiendi ac stertendi necessitas, sicut dudum ante
ipsi praedixeramus, uitae, tot malis oppressæ, placidum beatumque fi-
nem imponeret. Haec tenus ὥ πάντα. Sic alto sopitus Georgius somno
conquieuit IV. Non. Septembr. anni huius, septuaginta completis an-
nis, mense uno, tredecim diebus. Vos, Ciues, doctorem, quem hoc ex-
cessu amisistis, perpetua recordatione prosequimini, ac uota mecum
nuncupate, ut Deus hanc Gentis moeſtissimæ iacturam accessionibus
aliis refliuat, in locum autem Viri, sempiterno aeuo fruentis, alium suf-
ficiat, non qui grauitatem munieris ostenteret, inani specie, sed patrum
merita maiorumque honestissima aemulatione consequatur P.P. Die re-
ligioni emendatae sacro c 150 cclxxi

DISSERTATIONES, PROGRAMMATA,
ALIAQVE SCRIPTA

A
B. CHRISTIANO SIGISMVNDO
GEORGIO

S. S. THEOLOG. DOCT. ET PROF. PVBL. ORD. ALVMNOR.
ELECTORAL. EPHORI

EDITA AC ELABORATA

MDCCXXVI.

I. Diff. de Chaldaeo-Syrismis, Rabbinisim et Peritisim dictiōni N. T. immerito affictis.
Plag. 4 $\frac{1}{2}$.

II. III. Diff. I. II. et III. de Ebraismis dictiōni N. T. immerito affictis. Pl. 6 $\frac{1}{2}$.

MDCCXXVII.

IV. Diff. IV. de eadem materia. Pl. 3.

MDCCXXX.

V. Diff. de dialecto N. T. Attica Ionisimos arque Aeolisimos non admittente. Pl. 3.

VI. Diff. de Idioticismis N. T. immerito affictis. Pl. 3.

MDCCXXXI.

VII. Diff. de puritate graecorum N. T. fontium Attica a Dorismis, Boeotismis atque Poetismis aliena. Pl. 4.

MDCCXXXII.

IX. Diff. de Iarinismis graecae N. T. dictiōni imerito affictis. Pl. 3 $\frac{1}{2}$.

X. Apologia Dissertationis de latinismis graecae N. T. dictiōni imerito affictis vindiciis Drelgianis opposita. Pl. 4 $\frac{1}{2}$.

X. Apologia Dissertationis de latinismis graecae N. T. dictiōni imerito affictis, a dissertationis Lipsiensis de N. T. graeci latinissimis merito et falso suspeccis vindicis non per repetitis vindicata. Pl. 3.

XI. Vindiciae N. Testamēti ab Ebraismis. Lib. III. Alph. 2. Pl. 2.

MDCCXXXIII.

XII. Diff. de peregrinis Idiotismis sermoni N. T. graeco affictis pro barbarismis habendis. Pl. 3.

(hae Dissertationes partim in Hierocrit. emend. et recul.)

XIII. Hierocriticus Nou. Test. sive de stylo N. T. P. I. Lib. III. Alph. I. Pl. 14.

XIV. Hierocriticus N. Foed. P. II. sive Controversiarum de Latinismis N. Test. Lib. III. Alph. I. Pl. 5.

XV. Progr. de linguae graecae fatis. Pl. 1.

MDCCXXXIV.

XVI. Diff. de סְרִפְטוֹ ad varios V. et N. Test. locos illustrandos. Pl. 3 $\frac{1}{2}$.

XVII. Diff. de linguae ebriae ac graecae harmonia. Pl. 3.

XIX. Diff. de peregrinis Idiotismis ob causas et effectus suos in sermoni N. T. graeco non admittendis. Pl. 4.

XIX. Progr. de stylo N. T. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

MDCCXXXV.

XX. Progr. I. de hermenia linguarum uniuersae Theologiae clausa. Pl. 1.

MDCCXXXVI.

XXI. Progr. II. de eadem materia. Pl. 1.

XXII — XXXV. Dissertationes XIV. critico exegeticæ in graecas N. Testam. tabulas. Alph. I. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

XXXVI.

XXXVI. Nouum Testamentum Graecum notis Theologicis ac Philologicis illustratum. Alph. 2. Pl. 3.

MDCXXVII.

XXXVII. Nouum Testamentum Graecum versione latina Benedicti Ariac Montani. Alph. 3. Pl. 7.

XXXIX. Diff. de b. Lutheri versione Biblitorum germanica omnium optima recentioribus potissimum versionibus vernacula opposita. Pl. 7 $\frac{1}{2}$.

MDCXXIX.

XXXIX. Diff. qua Dissertatione cuiusdam Anonymi germanica in biblia Sacra N. T. sive bibliischer Untersuchungsschriften, erster Versuch, ad examen reuocatur. Pl. 6.

MDCXLII.

XL. Diff. de corruptione Canonis sacri impossibili. Pl. 4.

XLI. Diff. de praeparationibus Christi ad ingressum Hierosolymitanum, ad locum Matth. XXI. v. 1 — 9. Pl. 9 $\frac{1}{2}$.

XLII. Diff. de duplicitate Christi Adventu visibili, ad locos Luc. XXI. 25 — 36. et Matth. XI. 2 — 10. Pl. 9 $\frac{1}{2}$.

MDCXLIII.

XLIII. Diff. de testimonio Iohannis Baptista, Iesum esse Christum, publico, ad locum Ioh. I. 19 — 28. Pl. 4.

XLIV. Diff. de Christo ΘΕΑΝΘΡΩΠΩΙ, ad locos Luc. II. 1 — 20. Matth. XXIII. 34 — 39. et Ioh. I. 1 — 14. Pl. 11.

XLV. Diff. de Primatu Petri factō eiusque pariter ac S. Iohannis morte a Christo prædicta, ad illustrandum Ioh. XXI. 15 — 24. Pl. 3.

XLVI. Diff. de Iesu circumcisio in lapsum et resurrectionem multorum constituto, ad locos Luc. II. 21. et 33 — 40. Pl. 6.

XLVII. Diff. de fuga, redditu ac baptismo Christi, ad locos Matth. II. 13 — 23. et III. 13 — 17. Pl. 6 $\frac{1}{2}$.

MDCXLIV.

XLIX. ΟΡΘΟΔΙΑΔΑΣΚΑΛΙΑ sive purioris Theologiae capita. Pl. 5.

XLIX. Diff. de Magia ad Iesum eiusdem sc̄ela deductis. Pl. 5.

L. Diff. de offici propheticis primitivis quas Christus ΔΟΔΕΚΑΓΙΤΗΣ edidit, ad locum Luc. III. 41 — 52. Pl. 4.

L. Diff. de intercessione Mariae in nuptiis Cananaeis a domino ΘΑΥΜΑΤΟΥΡΓΩΙ reiecta, ad locum Ioh. II. 1 — 11. Pl. 3 $\frac{1}{2}$.

LII. Diff. de glorioſa Christi exinanii clarificatione, ad locum Matth. XVII. 1 — 19. Pl. 4 $\frac{1}{2}$.

MDCXLV.

LIII. Diff. de diuinitate Christi omnipotentiae et omniscientiae attributis probata, ad locum Matth. III. 1 — 13. 23 — 27. et XIII. 14 — 30. Pl. 9.

LIV. Diff. de Cautione Symonis Cygnea, ad locum Luc. II. 22 — 33. Pl. 3.

LV. Apparatus Philologicus Theologicus ad Euangelia Domini tellisque diebus dedicata Vol. I. Alph. 2. pl. 21. (Complectens Dissertationes ad expositionem Euangeliorum seorsim editas.)

LVI. Diff. de gratuata operariorum in Vineam Christi vocatorum mercede, ad locum Matth. XX. 1 — 16. Pl. 5.

MDCXLVI.

LVII. Diff. de nativa verbi diuini efficacia, ad locum Luc. IX. 4 — 15. et XIIX. 31 — 43. Pl. 6 $\frac{1}{2}$.

LIX. Diff. de telis Satanae ignitis, quibus Iesum petuit, irritis, ad Matth. IV. 1 — 11. Pl. 5.

LIX. Diff. de crimine Magiae ΘΕΑΝΘΡΩΠΩΙ blasphemie obiecto, ad Luc. XI. 14 — 28. et Ioh. IX. 46 — 59. Pl. 8.

LX. Praefatio ad Io. Godofr. Oertelii Theologiam Aethyopum, de consensu Aethiopicae cum nostra Lutherana in præcipuis fidei capitibus ecclesiae.

LXI. Diff. de Pascha V. T. vitimo, et N. T. primo, ad locos Matth. XXVI. 17 — 29. et Ioh. XIII. 1 — 15. Pl. 8.

MDCXLVII.

LXII. Diff. de agno Dei in ara crucis mafato, ad locos P. XXII. 1 — 22. et Ies. LII. 13 — 15. et LIII. 1 — 12. Pl. 9 $\frac{1}{2}$.

LXIII.

- LXIII. Diff. de resurrectione Iesu Christi fidei christiana fundamento, ad locos Marc. XVI. 1—8. et Luc. XXIV. 13—47. Pl. 10.
- LXIV. Diff. de fide victorie, ad locum Matth. XV. 21—28. Pl. 3½.
- LXV. Apparatus Philologico Theologici. Vol. II. Alph. 2. Pl. 13.
- LXVI. Diff. de officio Christi pastoritio, ad locos Ioh. XX. 19—31. et X. 11—16. Pl. 7.

M D C C X L I I X .

- LXVII. Diff. de abitu Iesu ad patrem eiusque fructu, ad locos Ioh. XVI. 5—15. et 16—23. Pl. 7½.
- LXIX. Diff. de officio Spiritus S. omnia docentis paracletico, ad locos Ioh. XIV. 23—31. XV. 26, 27. et XVI. 1—4. Pl. 7.
- LXIX. Diff. de regio Christi officio non mundano, ad locos Luc. I. 26—28. et Ioh. VI. 1—15. Pl. 7.
- LXX. Diff. de precibus in nomine Iesu, ad locum Ioh. XVI. 23—30. Pl. 8.
- LXXI. Progr. de בְּמַעַן הַשְׁרָרָה שְׁבָתָה הַעֲמִיקָה, ad Cantic. II. 1. Pl. 1.
- LXXII. Progr. oraculum diuinum de operibus signe probatis, ad locum i Cor. III. 12—15. Pl. 2.

M D C C X L I X .

- LXXXIII. Diff. de fide in Iesum Christum ad Dexteram Dei exaltatum saluistica, ad locos Marc. XVI. 14—20. et Ioh. III. 16—21. Pl. 6.
- LXXXIV. Diff. de vno ad ecclesiam ostio mediante regeneratione perueniendi, ad Ioh. III. 1—15. et X. 4—10. Pl. 7.

M D C C L .

- LXXXV. Progr. de Herrnhutianorum Pseudo doctrina de Deo Patre et Spiritu S. ex Valentiniianorum lacunis haulta. Pl. 1½.
- LXXXVI. Progr. de Herrnhutianorum Pseudo doctrina de Filio Dei. Pl. 2.
- LXXXVII. Apparatus Philologico Theologici. Vol. III. Alph. 1. Pl. 16.

M D C C L I .

- LXXXIX. Diff. de homine aeterna suae damnationis causa, ad locos Luc. XIV. 16—24. et XVI. 19—31. Pl. 5.
- LXXXIX. Diff. de imitatione Iesu et Dei misericordis, ad locos Luc. XV. 1—10. et XVI. 36—42. Pl. 5½.
- LXXX. Progr. de Voto Iephetae. Pl. 2.

M D C C L I I .

- LXXXI. Diff. de fidei ΠΛΗΡΟΦΟΡΙΑΣ certitudine, ad locos Luc. I. 57—80. et I. 39—56. Pl. 7.
- LXXXII. Diff. de propria iustitiae vanitate, ad locos Luc. V. 1—11. et Matth. V. 20—26. Pl. 5½.
- LXXXIII. Progr. I. de Spiritu Loceni eiusque einziger wahren Religion veritatis Spiritui eiusque verae religioni contrario. Pl. 2.
- LXXXIV. Progr. II. de eadem materia. Pl. 2.

M D C C L I I I .

- LXXXV. Diff. de praeſcientia Christi hominum vita et animabus prouidente, ad locos Marc. IX. 1—9. et Matth. VII. 15—23. Pl. 4½.
- LXXXVI. Diff. de ΣΩΤΗΡΙΟΥ ΥΠΟΝΗΣΕΙ a filii lucis neglecta, ad locos Luc. XVI. 1—9. et XIX. 41—48. Pl. 4½.
- LXXXVII. Progr. de regia ac principali dignitate a Iehuda eiusque populo post principis demum pacis aduentum recessura, ad locum Genet. XLIX. 10. Pl. 2.
- LXXXVIII. Praefatio ad Io. Sam. Fiedleri eigenen Seelsorger von der hoechſt wichtigen Sorge für das einzige Nothwendige.

M D C C L I V .

- LXXXIX. Progr. I. de veritate resurrectionis dominicae ab impietatis criminationibus vindicatae. Pl. 3.
- XC. Diff. de Iesu iustificante et iustificato, ad locos Luc. XIIIX. 9—14. et Marc. VII. 31—37. Pl. 4½.
- XCI. Diff. de vita aeterna per fidem non per opera haereditanda, ad locos Luc. X. 23—37. et XVII. 11—19. Pl. 5.

M D C C L V .

- XCII. Diff. de vno necessario, ad locos Matth. VI. 24—34. et Luc. VII. 11—17. Pl. 4½.
- XCIII. Diff. de amore erga Deum, seipsum et proximum, ad locos Luc. XIV. 1—11. et Matth. XXII. 34—46. Pl. 5.
- XCIV. Diff. de Scandalio dato atque accepto, ad locos Matth. XIIIX. 1—11. et IX. 1—8. Pl. 4½.

FK 26 3099

KC^V. Progr. de Spiritu Concilii Tridentini. Pl. 2.
 XCVI. C. Programmata V. de Herrnhutianis quod nec A. Conf. socii nec pacis religiosae participes sint. Pl. 10.

CI. Diff. de eodem argumento. Pl. 4.

CII. Progr. de pace religiosa non ab hominibus, sed ab increato Michaele pacis principe data. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

CIII. Progr. de angelis in nativitate Christi iobelantibus, Vitebergae iobelantis ducibus. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

M D C C L V I.

CIV. Diff. de gratia Dei homines vocante seria et vniuersali, ad locos Matth. XXII. 1 — 14. et Ioh. IV. 47 — 54. Pl. 5.

CV. Progr. II. de veritate resurrectionis dominicae. Pl. 2.

CVI. Wittembergische Iubelgeschichte. c. fig. Pl. 17 $\frac{1}{2}$.

M D C C L V I I.

CVII. Diff. de animi implacabilis damno spirituali, ad locos Matth. XIIX. 23 — 33. et XXII. 15 — 22. Pl. 5.

CVIII. Diff. de oculo domini omnia videntre, ad locos Matth. IX. 18 — 26. et XXIV. 15 — 28. Pl. 5.

CIX. Diff. de tempore aduentus Christi certo quidem sed ignoto, ad locos Matth. XXV. 31 — 46. et XXIV. 37 — 51. Pl. 5.

CX. Apparatus Philologus Theologicus, Vol. IV. et ultimum. Alph. 3. Pl. 6 $\frac{1}{2}$.

CXI. Progr. de veterum Haereticorum paracletis. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

CXII. Progr. quod Apologia A. C. Zach. I. 12. de angelis pro piorum coetu orantibus. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

M D C C L I X.

CXIII. Diff. de termino salutis non perentorio, ad Rom. XIII. 11 — 14. et XV. 4 — 13. Pl. 5.

CXIV. Progr. de anabaptismo Paulino, Act. XIX. 1 — 7. Pl. 2.

CXV. Progr. de vxore ΕΞΩΤΣΙΑΝ in capite propter angelos gestante ad 1 Corinth. XI. 10. Pl. 2.

M D C C L X.

CXVI. Progr. de blasphemia ultimo supplicio punienda, Leuit. XXIV. 16. Pl. 3.

CXVII. Wittembergische Klagegeschichte, c. fig. Pl. 8.

M D C C L X I.

CXIX. Progr. de interpretatione Socini aliorumque loci Ioh. VII. 39. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

CXIX. Progr. Num singulis hominibus singuli sunt adscribendi angeli. Pl. 1 $\frac{1}{2}$.

M D C C L X I I .

CXX. Diff. de fidelitate principi oeconomi diuini virtute, ad locos 1 Cor. IV. 1 — 5. et Phil. IV. 4 — 7. Pl. 3 $\frac{1}{2}$.

M D C C L X I I I .

CXXI. Progr. Oraculum diuinum ad II. Sam. XXXIII. 2. sq. explicans. Pl. 2.

CXXII. CXXIII. Programma I. et II. de ΔΑΙΜΟΝΙΖΟΜΕΝΟΙΣ quorum in euangelio sit mentio. Pl. 4.

M D C C L X V .

CXXIV. Progr. quo Spiritus S. diuinitas atque adoratio a Telleri Helmstadiensis dubitationibus vindicatur. Pl. 2.

CXXV. Progr. de creatione, opere diuinitatis Filii Dei et Spiritus S. Pl. 2 $\frac{1}{2}$.

M D C C L X V I I .

CXXVI. Progr. quo Tellerum non esse orthodoxum, evincitur. Pl. 2.

CXXVII. Progr. de cantionibus b. Lutheri a contumeliosis mutationibus Dn. Zolliferoi vindicatis. Pl. 2.

M D C C L X I X .

CXXIX. Progr. Doctrinam de S.S. Trinitate esse fidei articulum fundamentalem non problema theologicum evincit. Pl. 2.

CXXIX. Progr. de lumine naturae gentiles non saluante. Pl. 2.

M D C C L X X I .

CXXX. Progr. de syncretistica tolerancia Spiritui S. nunquam probata. Pl. 2.

CXXXI. Annales Academiae Vitebergenis ab anno M D C L V . vsque ad annum M D C C L X X . c. fig. Alph. 3.

CXXXII. Exercitatio de virtutibus oeconomi diuini aduentum domini meditantis. Pl. 9.

VD 18



F. K. 56. 109

Zb
3092

RECTOR
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS
**GEORGIVS AVGVSTVS
LANGGVTH**

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR PATHOLOG
ET CHIRVRG. PROF. PVBL. ORDIN. FAC. MED. SENIOR
CONV. ELECT. ET MVSEI ANAT. INSPECTOR SOCIET
OECON. LIPS. MEMBR. HONORAR

V I R O
SVMMOPERE VENERANDO

AMPLISSIMO QVE

**CHRISTIANO
ISMVNDO
GEORGIO**

THEOLOGIAE AC PROFESSORI
DINARIO ATQVE ALVMN. ELECTOR
ORDINIS SVI DECANO MERITIS
ORNATISSIMO

. SEPTEMBR. CICICCLXXI
MORTALI PERFVNCTO

H. M. P

VITEMBERGAE
ERIS CAROLI CHRISTIANI DERRI
ACADEMIAE A TYPIS



Farbkarte #13

